

DANIEL,

SIVE,

DE SÆCVLIS CODEX
INTEGER,

A

BENEDICTO ARIA MONTANO
HISPALENSI RATIONEM EX SACRIS
nominibus subducente, conscriptus.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

*OMNIA ferè qua de temporum ratione significata maioribus summis in
sacra Bibliorum historia nobis credenda proponebantur, minutis numeris è pro-
priis locis sigillatim in hunc codicem relata, iam velut demonstrata tenere
licebit. Expectabis verò ab auctore ipso (tantum Deus illius vota secundet)
maius opus, in quo historiarum in speciem circa tempora repugnantia apertissi-
ma explicatione dirimantur. Interim his frueri laboribus tibi magno ad lucem
sacrae lectioni admouendam usui futuris.*



ANTVERPIÆ

Excudebat Christophorus Plantinus Prototypographus
Regius, ad sacri Apparatus instructionem.

Anno M. D. LXXII.

BENEDICTI ARIAE MONTANI

HISPALENSIS IN DANIELEM, SIVE SAECVLORVM

INDICEM DE TEMPORVM VSV, PRAEFATIO.



ARVM omnium rerum quae in hac vniuersitate conspiciuntur, natura, proprietas, & efficacia nullo certiore indice, quam tempore demonstrari & cognosci potest. Eius quippe vim nulla res creata non sentit & experitur. Deus enim hanc rebus omnibus legem imposuit, vt nihil omnino, cuius tandem generis illud sit, certis quibusdam temporis rationibus non distinguatur. Ideoque fit, vt non tantum homines, caterorumque animantium aetates, & earum partes, verum etiam planta, lapides, metalla, elementa, atque adeo tota haec reru machina, quam Mundum appellamus, ob hanc diuturnitatem certis

ac praefinitis quibusdam temporis aestimationibus addicta sit. At verò ante conditum calum, tempus etiam fuisse constat, siue id breuissimum, siue notabili aliquo spatio longius fuerit. neque dubium est quin maxima ac potissima mundi partes in certo temporis puncto à Deo fuerint conditae, sicut scriptum est: In principio creauit Deus calum & terram. Principium autem sanctus Propheta id esse adnotat, quod anteriorem temporis partem definiuit; Hebraica dictione RESITH, quod capitale, hoc est, capitis vicem gerens, significat. Chaldaica verò KADMIN, quod, licet minus Latine, commodè tamen & significanter anterioritatem, siue antecapedinem dicere possumus. Est autem Tempus continua quaedam perpetuitas, ac series partibus sibi omnino similibus constans, rerum omnium dissimilitudines, varietatesque efficiens, ipsa verò in iisdem talem se praebens, vt semper obseruari, annotarique possit. Illa enim totius orbis, eiusque partium maxima distinctio, quae discrimen ponit inter esse & non esse, ex temporis obseruatione prouenit. Sic enim legimus: Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Ex quo patet illud, iam, quo se sapientia concepta dicit, temporis notam esse, & ante abyssos, hoc est, ante mundi elementa fuisse. Lux etiam ipsa tempore à tenebris distincta effulsit, & nocte à die separauit: siquidem ea post aquas, calum, ac terras condita est. Dies verò & noctes, lucis ac tenebrarum terminis sunt constitutae. dixit enim Deus: Fiat lux, & facta est lux. & vidit Deus lucem quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris, appellauitque diem, Lucem, & tenebras, Noctem: factumque est vespere & mane dies vnus. Porro caterarum omnium rerum genera, atque adeo ipsam humanam naturam in certo tempore conditam fuisse, cum id ex sacra Scriptura libris manifestè appareat, constanter credimus: quandoquidem unicuique ex rerum naturis, simulac à Deo edita fuerunt, certi dies sunt assignati, qui quidem, temporis ipsius indices sunt certissimi. Sic ergo statuendum est: Tempus virtutis ac potentiae diuinae primum fuisse testem, idemque, usque ad finem mundi, Dei sapientiae ac prouidentiae perpetuum fore indicem: quippe quod omnia, iisdem, quibus ea accepit, legibus, vel in lucem emittit, vel deterit & consumit, aut tenebris iterum obuoluit: sicut scriptum est: Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat. Est igitur tempus, rerum omnium, atque adeo ipsius mundi, Dei auctoritate constitutus exactor, diuinae voluntatis obseruantissimus, ac eiusdem minister fidelissimus: qui earum omnium rerum, quae iam conditae sunt, & earum etiam quae iam fiunt, initia, accretiones, diminutiones, exitus explicat, nullumque omnino genus se prius, aut superius agnoscit, excepta vnica diuina natura, cui se obsequentissimum praebet. Illa enim cum suis effectibus semper est eadem, sui similis, constans, aeterna, viuens, quinimo vita ipsa: cuius quidem perpetuitatem & infinitatem non aliunde quam à semetipsa petitam, atque à nullo principio ductam, aut fine aliquo terminatam, nulla temporis circumscriptione metitur. Huius autem naturae perpetuitas ex altera temporis parte aeternitatis notationem habet, cui diuina sapientia ω & ϵ nomen imposuit. Ex altera verò post tempus ipsum in aeternum productam durationem, quam sacra Scriptura ν appellat. Nos verò priorem illam A, vel EX, & ANTE, posteriorem verò ULTERIUS interpretamur. Vtramque verò sacer ille vates ita exposuit: Parata sedes tua Deus ex tunc, à saeculo tu es. & Exaudiet Deus, & humiliabit illos qui est ante saecula. & nomen eorum delesti in aeternum, & in saeculum & ν . Qua de causa diuina illa natura à sacris vatibus omni tempore prior, & principij, ac finis expertus celebratur. Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt caeli, ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Et si verò Deus nullo tempore circumscriptus, sed aeternus, perpetuus, ac semper vnus, & idem est: attamen eorum omnium, quae extra se facit, genera, quandoquidem singularum rerum natura id postulare videbatur, ad temporis rationem accommodauit. Idemque ab ipsa mundi creatione ad finem usque, certam quandam voluit extare mensuram, ad cuius normam singulae res create dirigerentur. Quae res summa ipsius sapientiae, ac prouidentiae consiliis ita est definita, vt temporis mutationes, rerumque omnium vicissitudines, ac tot denique admirabilia spectacula, infinitam illam sapientiam, potentiam, iustitiam, & misericordiam vtrique intelligentia praedito naturae generi, spiritibus scilicet corporis expertibus, & hominibus ipsis patefaciant. Earum enim virtutum effecta, si omnia simul & confuse explicentur, tantum abest vt ab infirmo & imbecillo hominum ingenio percipiantur, vt ne ab ipsis quidem spiritibus comprehendi possint. Ea verò omnia Deus suis temporibus distinxit, altera enim ad ius hominibus reddendum, & eos, prout meriti sunt, iudicandos, altera verò ad suae misericordiae thesauros explicandos pertinent. Vt enim se summè misericordem ostenderet, infinita illa ipsius beneficia, non ad eius, quam speramus, posterioris & aeternae vitae tempora distulit, sed vel ab ipso mundi initio summam liberalitatem, ac munificentiam in probos, ac pios quosque homines exercuit. Atque vt pietissimum, eundemque iustissimum sese ostenderet, iudiciorum suorum seueritatem & grauitatem clementia & misericordia ita compensauit, vt nunquam nisi eos quos diu, multumque tulit, & ad bonam frugem prouocauit, dignis poenis supplicijque afficiat. Siquidem ipse cum sit aeternus, sibi ipse praesens, & omnia semper sibi praesentia agat, nulla temporis mora & longitudine aliquo modo detineri aut affici potest: sicut scriptum est: Vnum verbum hoc non lateat, vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & anni mille sicut dies vnus. Non tardat Deus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos,

Tempus quid.

Iam.

Lux.

Dies.

Nox.

Iob 23.

Psal. 92.

Psal. 54.

Psal. 9.

Psal. 101.

2. Pet.

nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. & Ego Dominus Deus tuus fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia ijs qui diligunt me, & custodiunt precepta mea. Tempus etiam constituit Deus testem aduersus insaniam Luciferi, qui quidem per dementissimam temeritatem, de sapientia cum Deo ipso contendere ausus est, adeo ut se victorem euasurum putarit, si modo eam posset euertere rationem, quam Deus de extollenda, & infinitis beneficijs cumulanda humana natura apud se inierat. sperabatque fore ut astutia calliditasque sua ætatis progressu confirmata, altiores indies ageret radices: atque ipse quò magis senesceret, eò maiorem ex longo usu & experientia, rerum omnium cognitionem caperet. quippe cum in comperto sit, ijs qui suapte natura, rerum omnium cognitionem nõ habent, ex multarum rerum experimento plurimum doctrinæ accedere. Itaque sat longum temporis spacium à diuina prouidentia constitutum est, quo exacto, insignis Luciferi astutia, calliditas, impotentes illi conatus & furores compressi, & infracti deprehendantur. Siquidem demens ille sapiens, tam longa seculorum serie, neque quid Deus agere proposuisset, neque qua ipse ratione suam fraudem ac nequitiam tueretur, unquam dispicere potuerit; quinimo maledictionis illius à Dei ipsius ore profecta vim in sese continuo expertus sit: Super peccatus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Porro futurum est ut diuinæ sapientiæ victoria eò clarior & illustrior appareat, hostis verò nequitia, & prauitas eò magis victa & debellata deprehendatur, quò maiori eam tarditate & mora Deus produxit. quibus omnibus illud quoque accedit, ex hac, scilicet, longitudine temporum, quibus homines tot labores sustinent, & tot curis, doloribusque conficiuntur, primaue illius conditionis & status integritatem ac præstantiam, humani verò generis imbecillitatem & miseriam, ac tandem promissæ & tamdiu iam expectatæ salutis excellentiam aperte cognosci. Si enim optatissima illa laborum requies, maximusque ille gloriæ splendor cum miserrima hac, in qua detinemur, seruitute conferatur, videbimus profecto nos è summa calamitate in maximam felicitatem esse commigraturos. Quam quidem omnium rerum esse præstantissimam his verbis aperte demonstratur: Neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quanta præparauit Deus diligentibus se. Neque verò prætereundum est oportuisse infinitam illam Dei misericordiam pateferi erga eos qui ad felicissimam illam conditionem inuitati, inestimabili illo cælestis regni præmio primi omnium donandi erant, cum alij qui æque ac ipsi ad eam vocati erant, & diutius expectauerant, maioremque laborem quam ipsi susceperant, serius tamen ad denarium pro mercede accipiendum admitterentur: neq. id quidem sine magna ipsorum admiratione, cum ij qui ad opus serius venerant, nihilominus æqualem, quinimo etiam prius quam ipsi, mercedem acciperent. Itaque hæc temporum productio hominum expectationem, spemque probabat: præterea Dei veritatem & iustitiam iis qui amplissimo proposito premio certabant, confirmabat: eratque singulare quoddam pignus summi illius Dei amoris erga eos qui tempore Noui Testamenti futuri erant. Atque hæc quidem omnia quæ hoc loco à nobis allata sunt, Apostolorum testimoniis comprobantur.

Genes. 3.

Col. primo.

1. Petr. 1.

Math. 2.

Mysterium (inquit Paulus) quod absconditum fuit à seculis & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias sacramenti huius in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ. & De qua salute (ait Petrus) exquisierunt, atque scrutati sunt prophetae, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi prænuntians eas, quæ in Christo sunt, passiones, & posteriores glorias, quibus reuelatum est, quod non sibi met ipsis, vobis autem ministrabant ea quæ nunc nunciata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis. Omnis autem hæc temporis ratio, ab ipso mundi initio ad ea vsq. tempora, quibus hominum salus in Christo perfecta est à sanctis vaticinijs, atque ab ipsis Apostolis seculorum nomine significatur. In qua quidem, diuinæ sapientiæ, misericordiæ, ac πνεῦμα ἁγίου maxima argumenta sunt explicata. Fluxerunt enim totis illis seculis à promissione primis parentibus facta, quam nos apud Euangelistas τὸ πνεῦμα καὶ ἡ εὐαγγελία interpretamur, vsque ad Christi aduentum, qui fuit temporum plenitudo, secula sex quæ proprie ἡ ἑβδμή G H O L A M I M vocantur. quorum primum ab Adam vsque ad diluuium recensetur: secundum à diluuiio (cum salutis fœdus cum Noë fuit instauratum) vsque ad Abraham iuxta diuisas victimas dormientem: tertium ab Abraham vsque ad Iacob, cui apud Luzam pernoctanti sacrosanctum mysterium sub imagine scalæ fuit ostensum: quartum à Iacob vsque ad Legem in Sina monte promulgatam, & fœdus cum omni populo sancitum: quintum à Lege vsque ad regnum Davidis, cui singulari oraculo significatum est, fore ut mundi redemptor ab ipso genus duceret. Hinc verò vsque ad Christum sextum seculum definimus. Is enim rerum omnium plenitudo fuit, & ea quidem lux quæ superiores illas vmbas consecuta est. Atque ultra hanc ætatem sunt seculorum fines, ac noui mundi apparatus, & acquisitio regni illius cælestis, quod quidem per Christi mortem, atque eiusdem resurrectionem, ascensum in celos, & promissionis suæ confirmationem Spiritus sancti immisione insignitam, nobis comparatum est: quod testantur sacræ literæ his verbis: A diebus Ioannis Baptistæ vsque nunc, regnum celorum vim patitur: omnes enim Prophetae & Lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. Veteribus enim omnia sub specie & imagine quadam ostensa fuisse affirmat Paulus: scripta verò esse ad correptionem nostram, eamque ob causam ad seculorum fines deuenisse. Hac porro de causa tam exactam, & exquisitam temporum ac seculorum rationem à sacris auctoribus traditam esse, sacræ literæ luculenter demonstrant. Nimirum, ut non solum diuinæ promissionis, & consilij constantia apparet: verum etiam ut ex temporum obseruatione, & editarum rerum serie, diuinæ illius sapientiæ à qua tantum opus apparabatur, perpetua hominibus argumenta patefierent. Atque adeo nulla olim in toto terrarum orbe natio fuit, excepta vna Israelitica, diuinis, nempe, oraculis edocta, quæ veras antiquorum temporum rationes tenuerit, easque in medium protulerit. Nam etsi à nonnullis ex ethnicis auctoribus, qui rerum suarum narrationes literis mandarunt, in adnotanda, ac demonstranda temporis ratione, nihil non præstitum esse concedimus: attamen quicquid ab illis hac de re traditum legimus, non ita planè exactum, nec sibi semper constans est: nihil enim penes ipsos fuit, ex quo certam, ac definitam aliquam temporum ac seculorum constitutionem colligerent. Ex quo fit, ut rei veritas ab ipsis cognosci non potuerit, eaque multò minùs ex ipsorum monumentis intelligi possit. Quanta verò sit sacrorum monumentorum utilitas, in quibus tota illa, quam diximus, temporum ratio verissime traditur, quantumque illa ad vere philosophiæ, cæterarumque omnium humaniorum disciplinarum intelligentiam conferat, & quid ex ea lucis ad historiarum cognitionem

3
cognitionem accedat, nulla, licet longa oratione æquè potest demonstrari, ac si eius à studioso lectore periculum fiat. De mundi autem initio, aut nihil omnino humana mens suspicata est, aut saltem, si quid ea de re, interdum ab ea inuentum esse concedamus, ex eo nihil quod firmum, certum, ac verum sit, tuto elici potest. Hanc verò ignorationem maxima rerum omnium ambiguitas consecuta est. Proinde, si rerum origo non intelligatur, consequens est, ea quæ finem spectant, atque adeò finem ipsum planè ignorari. At nullus est Christianorum hodierno die, qui ex iis quæ de mundi initio, eiusque ortu & causis cognoscenda sunt, non multo plura teneat, quàm quisquam eorum Philosophorum, qui magni olim sunt habiti. Nempe ad cetera emolumenta, quæ ex Christiana religione percipiuntur, hoc etiam non minimi certè momenti accessit: sicut scriptum est: Fide intelligimus aptata esse secula verbo Dei, ut ex inuisibilibus visibilia fierent. Sed quid tandem est quod ad cognitionem rerum humanarum, quas plerique tantopere expetunt, viam magis aperiat, quàm temporum exacta observatio? quid propriam vniuscuiusque rei æstimationem diligentius expendit? quid denique hominum animos magis reddit sapientes, & rerum caducarum contemptores? quid nimias illas appetitiones, quid cupiditates, quid impotentes libidines magis coërcet? siquidem tempore continuo admonemur, ne quam spem in hisce rebus ponamus, neque diuturnam aut perfectam felicitatem nobis in hac vita polliceamur: cum nulla ciuitas, nulla Resp. nulla regio, nullum regnum, nihil denique in tota rerum natura sit, quod tandem aliquando temporis vetustate exesum, & consumptum non conspiciatur? Cui quidem rei nullum sanè remedium ab humana prudentia potest adhiberi: quandoquidem homines ipsi, hoc est, tota illa Adami progenies fluxa est & fragilis, nullaque omnino in tempore est perpetuitas, sed omnia quæ in hoc mundi theatro conspiciuntur, instabilia & momentanea sunt, & nunc in hanc, mox verò in illam formam transeunt, sicut scriptum est: Generatio preterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Nihil sub Sole nouum, nec valet quisquam dicere, Ecce hoc recens est. Iam enim præcessit in sæculis quæ fuerunt ante nos. Sed neque eorum quidem, quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Neque enim solùm priuata singulorum res, ac præclarissimæ familiæ, quæ ita firmæ ac stabiles censebantur, ut nunquam ex florentissimo statu in quo erant, dimoueri posse viderentur: Verùm etiam prouinciæ, regna, & maxima imperia quæ nunquã ruitura, sed perpetua fore credebantur, breuissimo temporis spatio corruerunt, ac stirpitus extracta, funditusque euersa sunt, idque iisdem illis rationibus quibus constituta fuerant, & quibus perpetuò foueri, ac sustentari posse credebantur. Quinetiam apertissimis exemplis docemur, nihil esse diuturnum, neque quidquã prospero rerum successu ad maximam amplitudinẽ peruenire posse, eo excepto, quod à Deo omnium bonorum auctore manat, ac iisdemmet, quas ipse præscripsit, rationibus, instituitur, sicut scriptum est: Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam: nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Neque verò regna tantum & imperia, sed ipse totus terrarum orbis, cum vno hominum consensu ad eum, qui sperari poterat, florentissimum statum perductus esset, nullusque in terris locus hominibus vacuus conspiceretur, nõne quadraginta dierum spatio ab ingenti illa aquarum multitudine submersus, planèque extinctus est? Nihil denique diuturnum in hac mortali vita sperari posse, vel hinc licet intelligere, quod subducta temporum ratione ab orbe condito ad hanc vsque diem, mundus hic, in quo tam varia rerum genera orta extinctaque sunt, non plures quàm sex annos & triginta & trecentos supra quinquies mille durauit. Quod quidem tempus, si cum æternitate conferatur, ne nomen quidem rationis sortietur. Cum igitur temporum, & ætatum observationem in omni disciplinarum genere vtillissimam, ad sacræ verò Scripturæ narrationes intelligendas planè necessariã esse videremus, hanc quoque partem sacrarum Bibliarum apparatus annectendam duximus. In qua, quicquid ad sæculorum, de quibus supra mentionem fecimus, demonstrationem satis est, facta ex sacris libris temporum subductione, perquam breuiter attigimus, pluribus alijs (fauente Deo) de hoc argumento acturi. Nobis enim non fuit propositum latissimas earum materialium, de quibus hoc loco agimus, disputationes in sacro hoc Apparatu persequi, sed ea tantum perstringere, quæ studiosos homines in sacrarum librorum lectione adiuuare poterunt. Nostros autem hosce conatus, qui ex quàm sincero animo proueniant, Deus nobis est testis, candidis & eruditis omnibus probari cupimus, à quibus hoc vnum postulamus, ut nostrum hoc studium consulendi ijs, qui Catholice Ecclesie nomen dederunt, suis apud Deum precibus adiuuent.

Datum Antuerpiæ. Calendis Ianuarijs. cl. Io. LXXII.



Gen. I. II.

VNDI conditi initium autumni tempore fuisse, ex obseruata factorum librorum sententia accepimus, quod DEVS animantium omnium generibus mox extitit, atque etiam homini fingendo omnium fructuum ad vsum ac vitam oportunorum copiam prospexerit, quam in calidioribus regionibus herbae tunc recentes, & fructus arborum maturi, atque adeo ad hyemem proximam ulteriusque durabiles suppeditare possent: Veris enim fructus fugaces sunt, nec satis ad alendum commodi, fructus aestiuus & commodiores & diuturniores sunt: atque ita scriptum est, Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. & factum est ita: & protulit terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam. Ita enim producta dicuntur singula genera, vt herba virens. hoc est olus, quod Hebraice פרי vocatur, iam adultum extaret. similiter, & herba faciens semen, cuius vsum non in viriditate, sed in semine est: ita cum semine suo prodiit, & lignum faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam, atque ita initium anni vberes fructus secum attulit, qui & animantibus alendis, & suis ipsorum generibus propagandis essent idonei. Quod verò quidam opinantur initium anni aestiuo tempore fuisse, adducti argumento columbae, quae ramum oliuae virentis in arcam ad Noe detulit, facile mutare poterunt, vbi certam illius loci sententiam tenuerint, quam nos, Deo volente, aliquando exponemus, aut alij, quibus cum nostram interpretationem communicauimus, in suis scriptis doctissime explicabunt.

ANNVM autem quanquam multiplicem & varium aliis atque aliis gentibus fuisse fateamur, tamen eum qui rebus mundi constituendis comparatus est, duodecim mensibus constituisse, manifestum ex sacris literis est. Etenim ante diluuium, vt vna omnium hominum lingua, vna Dei conditoris notitia, vna creationis memoria penè recens omnibus erat, ita etiam annorum vna erat communis ratio, quam omnes tenerent, atque ita aetates hominum annis mundi, & mundi anni hominum illustrium aetatibus computabantur. neque varia annorum ratio, nisi cum varia linguarum, & morum atque regnorum & religionum inuentione extitit. Est autem manifestum anni integri solaris argumentum in Sacris libris expressum. legimus enim Noe anno vitae suae sexcentesimo, mense secundo, die mensis decima & septima ingressum fuisse in arcam, eademque die cataractas caeli & abyssi scaturigines fuisse ruptas, atque pluuiam vsque ad quadraginta dies durasse, deinde aquas obtinuisse terram centum quinquaginta diebus; post hos autem indies decrescere coepisse, vsque ad decimum mensem; nam decimo mense prima die mensis montium cacumina extare coeperunt. Sunt autem omnes dies huius anni ab initio eius vsque ad primam aquarum decretionem ducenti quadraginta septem, hoc modo: Primus mensis cum decima septima secundi faciunt quadraginta & septem dies: deinde sunt quadraginta, quibus imbres durarunt: atque etiam centum & quinquaginta, quibus aquae inualuerunt super terram, quindecim cubitis altissimum totius orbis montem superantes. Hi omnes in summa efficiunt ducentos & quadraginta septem; nondum tamen est decimus mensis: namque ab hoc tempore vsque ad primam decimi mensis diem aquae decreuerunt. Habemus iam decem menses, qui plures quam ducentos & quadraginta septem dies con-

tinent, saltem quantum decem lunationes. A primi autem mensis die prima Noe quadraginta dies expectauit, quibus peractis coruum emisit, & eadem die columbam; rursusque post septem dies columbam emissam vespere recepit, oliuae folium referentem. atque tertio post septem alios dies emissam, non amplius recepit. Igitur post nouem menses habemus quinquaginta & quatuor dies, qui cum nouem mensibus prioribus efficiunt ter centum & viginti quatuor (singulis ferè mensibus tricenos dies tribuimus.) Hinc vsque ad primam diem primi mensis anni sexcentesimo primi, quo terrae superficies omnis aquis est inundata, numerantur dies quadraginta sex; qui cum superioribus coniuncti faciunt tercentum & septuaginta; quibus, si demantur ex horae, quibus lunationes à Solis cursu integro deficiunt, reliqui fient dies, quot in anno solari nunc moueramur, idque exiguo discrimine, quod ex Calendariis facile cognosci posset. Fit igitur subducta ratione perspicuum, annum duodecim mensium iam inde ab initio fuisse, quando post nonum mensem quadraginta septem dies numeramus, qui ad dimidium vndecimi mensis pertinent, cum terrae superficies nondum aquis liberata esset. Praeterea annum tot mensibus ab initio institutum, & post diluuium etiam restitutum est, quot temporibus quatuor, hyemi, veri, aestati, & autumnu constituis satis esse possunt; nam his temporibus terra suum concipiendis & gignendis fructibus munus praestat; atque hi omnes dies terrae Hebraico dicendi modo appellantur, vt foeminarum etiam grauidarum dies dicuntur à conceptu ipso vsque ad partum; cuius rationis multa exempla sunt, vt illud, Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. simili autem tropo Deus Noe post aquarum salutem allocutus, futurae perpetuo terrae atque temporum constitutionis quatuor oportunis partibus distinctae, rationem instaurandam docuit, vt quod proximè per totum annum nihil aliud quam hyems aquarumque inundatio fuerat, iam deinceps in posterum quatuor portionibus distinctum, integrum annum absolueret. atque ita scriptum est, Odoratusque est Dominus odorem suauitatis: & ait ad Noe, Nequaquam ultra maledicam terram propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur ultra percutiam omnem animam viuentem, sicut feci cunctis diebus terrae sementis & messis: frigus & aestus, aestas & hyems, nox & dies non requiescent. Cunctos dies terrae omnibus his partibus distinctos, idem quod cunctos annos terrae interpretamur: namque haec partes semetis & messis, frigus & aestus, aestas & hyems anno includuntur, atque ita non modò dies pro tempore conceptus, & partus terrae, sed in vniuersum pro anno vsurpantur. idque pluribus exemplis in Hebraica lectione obseruatur. Etenim cum constituto iam matrimonij foedere cum Rebecca & Isaaci procuratore fratres cuperent puellam apud se diutius necessitudinis gratia retinere, sic agebant: Maneat puella nobiscum, saltem dies aut decem. sic ex Hebraico ad verbum. hoc est, anni dies integros, aut decem menses. Illud etiam nostram de anni initio sententiam comprobatur, quod Deus de diebus, id est, de annis terrae dixit, quorum principium sementis nomine adnotauit: est autem sementis tempus Autumnus.

Mensium autem antiqua nomina nulla nisi ex numerorum serie obseruauimus. vt, Primus, secundus, tertius, quartus, sextus, septimus, octauus, nonus, decimus, vndecimus, & duodecimus, quorum frequentissima exempla leguntur. alia enim nomina, vt suo loco exponemus, Chaldaica sunt. Atque temporum quidem rationes sic explicamus:

- Ab Adam vsque ad diluuium anni fuerunt mille sexcenti quinquaginta sex, quorū illa enumeratio est.
- 130 Adam cūm centum & triginta esset annorum, genuit Seth. Genes. 5.
- 105 Seth centum & quinque annos natus, genuit Enos. Genes. 5.
- 90 Enos nonaginta annorum genuit Cainan. Genes. 5.
- 70 Cainan septuaginta annorum genuit Mahalaleel. Genes. 5.
- 65 Mahalaleel sexagesimum quintum agens annum, genuit Jared. Genes. 5.
- 162 Jared centum & sexaginta & duos annos natus, genuit Henoch. Genes. 5.
- 65 Hanoch cūm esset annorum 65. genuit Methusalah. Genes. 5.
- 187 Methusalah anno vitæ suæ centesimo octuagesimo septimo, genuit Lamech.
- 182 Lamech centum & octoginta duos natus annos, genuit Noah. Genes. 5.
- 600 Anno sexcentesimo vitæ Noah, mense secundo, septimo die mēsis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & fuit diluuium aquæ super terram. Hi omnes anni summā faciunt mille sexcentorum quinquaginta & sex. Atque hæc hactenus prima mundi ætas.

SECUNDA ÆTAS MVNDI, A DILV-
VIO VSQVE AD ABRAHAM.

- A restituto orbe ex aquis vsque ad Abraham, anni fluxerunt ducenti nonaginta duo, quorum illa enumeratio est.
- 2 Sem duobus annis post diluuium genuit Arphacsd. Genes. 11. ̄. 10.
- 35 Arphacsd cūm esset annorum triginta quinque, genuit Selah. Gen. 11.
- 30 Selah annos natus triginta, genuit Heber. Genes. 11. ̄. 12.
- 34 Heber annorū triginta quatuor, genuit Paleg. Gen. 11.
- 30 Paleg anno trigesimo vitæ suæ genuit Reghu. Gen. 11.
- 32 Reghu annorum triginta duorum, genuit Sarugh. Genes. 11.
- 30 Sarugh triginta annorū genuit Nachor. Gen. 11. ̄. 20.
- 29 Nachor viginti nouem natus annos, genuit Thareh. Genes. 11.
- 70 Thareh septuaginta annorum, genuit Abraham. Gen. 11. ̄. 26.
- 292 Hi omnes anni summam reddunt ducentorum nonaginta duorum.

Ab Abrahami ortu ad Isaac anni centum numerantur, hoc modo:

- 75 Septuaginta quinque annorum erat Abraham, cūm Dei iussu egrederetur de Haran. Gen. 12.
- 11 Vndecimo anno post Hagar concepit & peperit Ismaelem, post decem annos quā habitarē cōperat in terra Chanaan, hoc est, expletis iam decem annis. grauida autē fuit vno ferē anno: sunt vndecim anni ferē.
- 13 Tredecim annis iam nato Ismaele, Abraham mutato nomine, circumcisionis fœdus iniit. Erat autem Abraham nonaginta nouem annorum, quando circumcidit carnem præputij sui. Gen. 17. ̄. 26.
- 1 Vno anno post Isaac nascitur, cūm Abraham centum esset annorum. Gen. 21. ̄. 5.
- Hactenus centum anni vitæ Abrahamæ.

A nato Isaac ad Iacob anni numerantur sexaginta, quorum illæ notationes sunt:

- 30 Sara moritur triginta annis post natum Isaac, hoc est, centesimum vigesimum septimum agens annum.
- 10 Decem annis post Isaac vxorem duxit, cūm esset annorum quadraginta. Gen. 25. ̄. 20.
- 20 Vigesimo anno post natus est Iacob cum Esau. s. s. e. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli.
- 60 Gen. 25. ̄. 26. Hi numeri cōficiunt annos sexaginta.

A Iacobi ortu vsque ad Ioseph natum, anni fluxerunt 90. quos hoc modo obseruamus: Iacob vbi primū ingressus in Aegyptum, à Pharaone ætatem rogatur, respondit, Dies peregrinationis vitæ meæ, centum triginta annorum sunt. Gen. 47. ̄. 9. Atqui Israel venit in Aegyptum tertio famis anno. s. s. e. Biennium est enim quod cœpit fames in terra, & adhuc quinque anni restant. Ingressus est igitur initio tertij anni iam duobus transactis. Gen. 45. ̄. 6. Transierant etiam septem anni fertiles ante illud biennium, prædicti à Ioseph in ipso fertilitatis initio. Gen. 41. ̄. 28. Ille autem trigessimus agebat annum, cūm Pharaoni sifteretur. Genes. 41. ̄. 46. Omnes hi anni faciunt quadraginta, quibus à centum & triginta demptis, reliqui sunt nonaginta. Rursus verò sic numeramus post annum vitæ Iacob nonagesimum, Ioseph triginta annorum stetit coram Pharaone, deinde elapsi sunt anni septem fertiles, & duo steriles, tertio sterilitatis anno Israel descendit in Aegyptum. hi sunt centum & triginta.

Atque hæc hactenus descensus in Aegyptum est.

INITIVM NOVÆ RATIONIS.

Mortuus est Iacob anno decimo septimo postquam descenderat in Aegyptum. s. s. e. Et vixit in terra Gosen decem & septem annis, factique sunt dies vitæ illius centum quadraginta septem annorum. Gen. 47. ̄. 28.

Ioseph mortuum esse quinquagesimo tertio anno post Iacob, sic colligimus. Ille cūm pater obiret, quinquaginta septem annorum erat. dicitur autem mortuus cūm annum compleret centesimum & decimum quinquaginta septem & quinquaginta tres, centum & decem sunt.

Leui mortuus est quarto & vigesimo anno post Ioseph, vt ex obseruatione colligitur, hoc modo: Legimus Leui annum agentem centesimum trigessimum septimum è viuis decessisse. sed ille natus est tribus annis ante Ioseph: namque septem annis posterioribus, quibus seruiuit Iacob pro Rachel, nati sunt ex Lea quatuor filij, hoc ordine: Ruben, Simeon, Leui, Iuda. Deinde Lea cessauit parere vsque ad initium sexti anni, quo genitus Isachar, & septimi, quo Zabulun est natus. omnes enim hi nati sunt intra septennium in Mesopotamia Syria. Gen. 46. ̄. 15. Septimo autem anno ad initium recordatus est Dominus Rachelis, & audiuit eam, & aperuit vuluā eius, quæ cōcepit, & peperit filiū, & vocauit illum Ioseph, dicens, Addat mihi Dominus filium alterum. Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo, Dimitte me, vt reuertar in patriam meā. hoc fuit anno decimo quarto antequam de mercede cōueniret inter Iacob & Laban. Igitur Leui tribus annis ante Ioseph natus est, saltem non integris quatuor. Ioseph mortuus est ætate centum & decem annorum, Leui centū & triginta septem: quibus si tres demas & centū & decem, supererunt quatuor & viginti anni, quibus Leui fratri Ioseph superuixit. Scriptum est enim, Anni autem Leui fuerunt centū triginta septem. Exo. 6, 16.

A morte Leui ad Mosen natum, anni numerantur triginta sex, hoc modo: A nato Isaac vsque ad egressum ex Aegypto, sunt generationes quatuor, sicut scriptum est, Generatione quarta reuertentur huc. Est autem prima generatio Isaac, secunda Iacob, tertia Ioseph & fratres eius, sicut scriptum est. Ioseph autem in Aegypto erat; quo mortuo, & omnibus fratribus eius, omniq̄ generatione illa: filij Israel creuerunt & multiplicati sunt, ac roborati nimis in terra. &c. hæc est quarta generatio. Numerantur præterea quadringenti anni peregrinationis feminis Abrahamæ, hoc est, ab Isaac nato hospite in terra Chanaan, vsque ad exitum Israel ex Aegypto, s. s. e. Scito prænoscentis quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua: & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentos annos: ita quadringenti anni variæ & multiformis peregrinationis prædicuntur. Igitur ex his quadringentis annis illæ

partes sunt manifestæ. Isaac sexaginta annos natus Iacob genuit. Iacob mortuus est annorum centum quadraginta septem: post quinquagesimum tertium mortuus est Ioseph, deinde Leui vigesimo quarto post anno: Moses octoginta annorum erat cum Dei legationem apud Pharaonem egit. Hi omnes tercentum sexaginta quatuor annorum summam conficiunt, desunt triginta sex ad quadringentesimum numerum explendum. Hi interfuerunt inter mortem Leui & Mosis ortum. Scimus autem Mosem natum ipsa tempestate Aegyptij furoris & consilij aduersus Israelitas initi: quãdoquidem ille, ne periret, magna cura ad menses aliquot est occultatus, vt legimus Exod. 2. id quod non acciderat tribus annis ante cum Aaron natus est: erat enim Aaron tribus annis Mose antiquior, siquidem octoginta trium annorum cum esset, vnã cum fratre Pharaonem adiit. Exod. 7. v. 10. Hæc etiam triginta sex annorum ratio alio modo subduci potest. Moses filius fuit Amram, atque Amram ex Caath genitus. Natus est autem Amram in Aegypto: namq. ille inter eos qui in Aegyptum descenderant, non recensetur. numeratur autem in tertia generatione; namque ex filiis descendentium in Aegyptum, non ex nepotibus est; natusque fuit viuentibus iis qui descenderant: neq. cum iis qui liberati sunt ex Aegypto, numeratur, quod mortuus esset inter ceteros tertiæ generationis. Natus itaque est, & obiit in Aegypto. Obiit autem annorum centum & triginta septem: his si addamus sexaginta Isaaci, & centum & quadraginta septem Iacobi, atque octoginta Mosis, efficietur summa quadringentorum viginti quatuor: quibus additur duodecim ante mortem Leui; qui fuit tertiæ generationis, cuius diebus natus est Amram; erunt quadringenti triginta & sex. atque ita duodecim annis ferè ante exitum obiisse Amram reperietur: idemq. annorũ ferè sexaginta nouem genuisse Mosem, cum tribus annis ante natus esset Aaron, temporibus adhuc tranquillis, & inter vtrumque orta etiam esset Miriam, rebus iam turbari coeptis, quod nomen ipsius declarat. namque Miriam amaritudinem significat. Itaque à morte Leui ad Mosem natorum, anni numerantur triginta sex. Deinde octoginta vixit antequam Pharaonem de populo dimittendo alloqueretur. s. s. e. Erat autem Moses octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem: sunt igitur ab ingressu Israelis in Aegyptum ad vsque Mosis legationem ducenti & decem anni. Vno anno post egressi sunt ex Aegypto. Nam postquam Moses regem adiit, paleas populus impensis regis non accepit, sed coactus est per agros quarere: paleæ nullæ in Aegypto idoneæ relinquuntur post Nili inundationem quæ Iulio mense accidit. Maij ergo tempore iussi sunt paleas colligere: prius verò quam hoc edictum vulgaretur, iam Moses cum Pharaone de dimissione egerat. Deinde profecti sunt exactores populo regis decretũ denũtiaturi. Interea Aegypto plaga illata sunt vsque ad mensem Nisan anni sequentis, cuius decima quinta egressus est populus liber. Igitur à nato Isaac ad legationem Mosis anni fluxerunt quadringenti, vt iam superius exposuimus.

Exod. 12, 1.

Anni sacri initium.

1 Anno octogesimo secundo vitæ Mosis mense primo, populus ex Aegypto prodiit liber. Atque hinc coepta est anni sacri obseruatio, cuius initium à Nisan, hoc est, septimo mense annorum mundi sumptum est. s. s. e. Dixit quoque Dominus ad Mosem & Aaron in terra Aegypti: Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni.

2 Deinde vno anno integro in deserto fuerunt antequam respublica legibus acceptis, & sacerdotibus consecratis, cæterisque ministris publicis constitutis, componeretur. Hoc enim anno secundo ab egressu ex Aegypto factum est, nam primo anni secundi mense prima die mensis tabernaculum est erectum, & die prima secundi mensis filij Israel recensiti, & principes in de-

Esa. 40, 17.

ferto constituti. Atque à promissionibus factis Abrahamo ad legem latam, anni numerantur quadringenti & triginta ferè, hoc modo: A nato Isaac vsque ad Mosis legationem, anni sunt quadringenti. Legatio Mosis in Aegypto vno anno completa est, deinde post duos annos Lex in deserto est constituta, sunt tres anni: Abrahamæ dictæ sunt promissiones viginti sex annis ante natum Isaac; siquidem Isaac natus est cum Abraham centum esset annorum, cui promissio facta est eo anno quo exiit ex Haran, atqui ille tunc quintum supra septuagesimum agebat annum, sicut scriptum est: In te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Egressus est itaque Abraham sicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot. filius quinque & septuaginta annorum erat Abraham cum egrederetur ex Haran: agebat igitur annum quintum supra septuagesimum, decerantque sex & viginti ad centesimum: his additi tres anni à legatione Mosis ad legem latam, & rempublicam constitutam, conficiunt viginti nouem annos, quorum vltimus ad trigentesimum vsque ducitur: atque ita verè dictum est ab Apostolo, Legem acceptam fuisse in deserto, post quadringentos & triginta annos à promissionibus factis.

Moses & Aaron obiit anno quadagesimo postquam egressi sunt ex Aegypto, hoc est, trigesimo & octauo anno post legem latam. atque ita quadraginta anni vagationis in deserto enumerantur.

Iosue, & qui cum illo terram expugnarunt maiores natu qui viderant mirabilia quæ fecerat Dominus in deserto, præfuerunt Israelitis in terra ferè decem & septem annis, Iosue septem aut nouem, quibus terra expugnata & distributa est: namque annum octogesimum quintum agens, Caleb huiusmodi apud Iosue orationem habuit. Quadraginta annorum eram quando misit me Moses famulus Domini in Cades Barne, vt considerarem terram. &c. Quadraginta quinque anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbũ istud ad Mosem, quando ambulabat Israel per solitudinem, hodie octoginta quinq. annorũ sum, sic valens vt eo valebam tẽpore quando ad explorandũ missus sum. &c. annus ille quo missus est Caleb ad explorandũ, secundus erat ab exitu ex Aegypto. igitur septimus ab ingressu in terram Canaan. quibus elapsis, omnis ferè terra expugnata atque in sortes diuisa est. idem verò confirmatur ex oratione D. Pauli in synagoga Antiochiæ Pisidiæ habita. Deus plebis Israel elegit patres nostros & plebem exaltauit cum essent incolæ in terra Aegypti, & in brachio excelsio eduxit eos ex ea: & per quadraginta annorum tempus sustinuit mores eorum in deserto: & destruens septem gentes in terra Canaan, sorte distribuit eis terram eorũ, quasi post quadringentos & quinquaginta annos. post hæc dedit Iudices vsque ad Samuellem prophetam. A quadringentis & quinquaginta si demamus quadringentos ab electione patrum vsq. ad exaltationem plebis in terra Aegypti, & quadraginta deserti; reliqui sunt ferè decem ad illum numerum, quo distributa est terra, atque septem deinde ad mortem Iosue & seniorum qui viderant mirabilia Domini in deserto: videturque Iosue ingressus terram cum esset centum annorum, namque centesimum & decimum agens annũ, vita defunctus est, & deinde vsque ad octo annos mortui sunt cæteri; ac paulatim deficientibus illis, morum & religionis puritas obscurabatur, sicut scriptum est: Seruierunt Domino cunctis diebus eius, & seniorum, qui longo post eum tempore vixerunt. Hebraicè ita legimus: Et seniorum qui protulerunt dies suos post eum. hoc est, eorum qui superstites illi fuerunt. hoc autem ferè octo annis transactum est, quibus seruierunt Chusam-rasathaim regi Mesopotamiæ. sunt igitur hi decem & septem anni, aut decem & octo ferè.

Deinde primus Iudex Othoniel nomine, nepos Calebi, ex tribu Iuda, præfuit annis quadraginta. Aod Iudex, qui, Eglon occiso, Moabitarum excussit iugum ad octoginta annos, terræ quietem præstitit.

Barac

Barac & Debora annis quadraginta iudicauerunt
 40 Israel.
 Gedeon quadraginta annorum spacio iudicis mu-
 40 nus exercuit.
 Abimelech filius Ierubaghal Israelitarum præfectu-
 3 ram occupauit annis tribus.
 Thola filius Phuah de tribu Isachar tribus & viginti
 23 præfuit annis.
 Iair Galaadites iudicauit Israel per annos viginti
 22 & duos.
 Huic successit Iephthe, qui præfuit annos sex.
 6 Absam Bethlehemites septem annis præfectura est
 7 functus.
 Elon Zebulonites iudicauit Israel decem annis.
 10 Abdon filius Elel Pharathonites præfuit annis octo.
 8 Samson filius Manue ex Sara defendit & iudicauit
 20 Israel annis viginti.
 Heli sacerdos ex familia Ithamar, sacerdotio & præ-
 40 fectura functus est annis quadraginta.
 38 Samuel propheta Leuita ex Ephrata, triginta octo
 annis præfuit Israelitis.
 Saul ex tribu Biniamin vnctus in Regem à Samuele,
 2 regnauit duobus annis: ita ipsius regnum cum præfe-
 ctura Samuelis quadraginta complet annos, explicatos
 à D. Paulo, sicut scriptum est: Post hæc dedit Iudices
 vsque ad Samuel prophetam: & exinde postulauerunt
 Regem, & dedit illis Saul filium Cis, virum de tribu
 Biniamin, annis quadraginta; & amoto illo, suscitauit
 illis David regem. &c. Itaque quadraginta anni nume-
 rantur à Iudicibus finitis, vsque ad David regem: Saul
 autem ad tempora Samuelis pertinet; nam paulo post
 mortem Samuelis, Saul est interfectus. Erat autem Samuel
 senex cum populus præfecturam illius fastidire cœpisset,
 itaque ab ingressu Israelitarum in terram Canaan
 397 ad vnctum regem David, fluxere anni trecenti nona-
 ginta septem.
 David in Hebron regnauit septem annis & mensi-
 bus sex: & in Ierusalem regnauit triginta tribus, ita vt
 39 Reg. 2, 11 sex menses in Hebron enumerentur ad triginta tres,
 iam totidem in Ierusalem, & sic fient anni quadraginta,
 1. Pa. 29, 21 quibus regno functus est.
 Salomon vnctus est in regem viuentem patre. ratio
 3 autem regni eius sumitur à morte David: tertio autem
 anno transacto regni Salomonis secundo mense quarti
 anni eius templum inchoatum est. Atque ita in sacra hi-
 storia integram summam annorum habemus, quorum
 singulares rationes hactenus attulimus, sicut scriptum
 3 Reg. 6, 1. est: Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo
 anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti, in
 anno quarto mense Zio, ipse est mensis secundus
 regni Salomonis super Israel, ædificare cœpit domum
 Domino. &c. nam si proximæ summæ trecentorum
 nonaginta septem annorum, quam subduximus ex sin-
 gularibus rationibus, ab egressione vsque ad vnctum Da-
 uid, addamus quadraginta Davidis, & tres Salomonis,
 fiunt quadringenti & octoginta. Atq. hæc est summa
 temporum ad templi vsque ædificationem.
 A templi ædificatione ad Salomonis mortem, anni
 39 Re. 11, 41 numerantur septem & triginta; nam dies quos regnauit
 37 Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadragin-
 ta anni sunt.

REGVM IVDÆ ÆTATES.

III. Roboam Salomonis filius ex Naama Amaniti-
 tide, regnauit annis decem & septem.
 IIII Abiam filius Roboam regnare cœpit super Ie-
 3. Reg. 15, 1. rusalem octauo & decimo anno patris sui incipiente,
 2. Par. 13, 1. regnauitque annis tribus.
 V. Assa rex Iuda Abia filius ex Maacha filia Absalon,
 3. Reg. 15, 9. regnauit annis quadraginta & vno.
 VI. Iosaphat filius Asa ex Azuba filia Salai, regnauit
 3. Re. 22, 41. annis quinque & viginti.
 2. Pa. 25, 31.

VII. Ioram primogenitus Iosaphat regnare cœpit duo-
 bus annis ante mortem patris sui, quinto anno Ioram
 regis Israel: regnauit autem octo annis, ex quibus dem-
 6 pti duo, relinquunt sex.
 VIII. Ochozias qui idem Ioacham dictus, filius Io-
 4. Reg. 8, 25. ram & Athalia, regnauit in Ierusalem anno vno.
 2. Par. 22, 1. I
 IX. Athalia mater Ochozia, regnauit annis sex, &
 4. Reg. 11, 3. 6 parte septimi.
 X. Ioas Ochozia minimus filius, regnauit quadragin-
 4. Re. 11, 21. ta annis: matrem habuit Sebia ex Bersabee.
 4. Reg. 12, 1. 2. Par. 24, 1.
 XI. Amasias filius Ioas, & Ioadam Ierosolymitana
 4. Reg. 14, 1. regnare cœpit vno anno ante patris obitum; incidit
 2. Par. 21, 1. enim pater in grauem morbum, ex clade à Syris accepta:
 2. 24, 25. regnauit autem annis viginti nouem ferè.
 28
 XII. Azarias, alio nomine Ozias, Amasia ex Iech-
 4. Reg. 15, 1. lia Ierosolymitana filius, regnauit in Ierusalem annis
 2. Pa. 26, 21. quinquaginta duobus.
 32
 XIII. Ioatham filius Ozia matre Ierusa filia Sa-
 4. Re. 15, 32. doch, regnauit in Ierusalem annis sedecim.
 2. Par. 27, 1. I
 XIV. Achaz filius Ioatham regnauit in Ierusalem
 4. Reg. 16, 1. annis sedecim.
 2. Par. 28, 1. I
 XV. Ezechias filius Achaz & Abia filia Zacharia,
 4. Reg. 18, 1. regnauit in Ierusalem annis viginti nouem.
 2. Par. 29, 3. 29
 XVI. Manasses filius Ezechia matre Hachfibah, re-
 4. Reg. 21, 1. gnauit in Ierusalem quinquaginta quinque annis.
 2. Par. 33, 1. 55
 XVII. Amon filius Manasses, cuius mater fuit Me-
 4. Re. 21, 19. falemeth filia Harus de Iatheba, regnauit in Ierusalem
 2. Pa. 33, 21. annis duobus.
 XVIII. Iosias filius Amon & Idida ex Besecha, re-
 4. Reg. 22, 1. gnium Ierosolymis obtinuit annis triginta & vno.
 2. Par. 34, 1. 31
 XIX. Ioachaz Iosia filius, matre Amital de Lebna,
 4. Re. 23, 29. rex à populo constitutus, menses tres regnauit.
 2. Pa. 25, 20. 36, 2.
 XX. Eliacim, alio nomine Ioacim Iosia filius, à Pha-
 4. Re. 33, 37. raone constitutus rex Ierusalem, matrem habuit Zebi-
 2. Par. 36, 4. dam filiam Phadaia de Reuma, vndecim annis regna-
 11. uit in Ierusalem; tertio anno abductus est.
 XXI. Ioachim filius Eliachim matre Nohhesta Iero-
 4. Reg. 24, 1. solymitana, regnauit mensibus tribus, & diebus decem.
 2. Par. 36, 9. 11
 XXII. Mathanaia, cui Nabuchodonosor nomen fe-
 4. Re. 24, 18. cit Sedeciam, constituto in regem Iuda, erat filius
 2. Pa. 36, 1. Amital Ierosolymitana, annis regnauit vndecim. Vn-
 11. decimo Sedecia regni anno templum dirutum & incensum
 est: hi anni omnes, demptis mediis, quibus rex regi
 succedebat, ad quadringentos & decem proximè acce-
 410 dunt, ex quo templum constructum consecratumque
 fuerat. fuit igitur templum incensum & vrbs diruta
 anno ferè mundi ter millesimo trecentesimo octauo.
 3308
 Babylonica transmigratio durauit annos septuagin-
 70 ta, iuxta prædicta Prophetarum.
 Anno primo imperij Cyri regis Persarum & impe-
 1. Esd. 1, 1. ratoris Babylonici, decreta est Iudæorum libertas, &
 2. 6, 3. templi Ierosolymitani restitutio: hic regnauit annis
 septem.
 Anno secundo aduentus Iudæorum in Ierusalem
 1. Esd. 3, 8. mense secundo, cœptum est ædificari templum: in
 3. Esd. 5, 56. eoque fuerunt & vrbs ædificatione totos sex annos.
 6
 Cessatum est ab ædificatione templi per totum im-
 1. Esd. 4, 7. perium Artaxerxis, qui & Cambyfes dictus, qui impe-
 2. 17. rauerat annis septem: cessatum est autem nouem annis,
 Ioseph. h. 11. cap. 2. hoc est, vsque ad secundum Darij Histaspis annum.
 2
 Anno sexto Darij completum est templum.
 1. Esd. 6, 15
 Darij bellum suscepit aduersus Arphacsad regem
 4 Medorum, anno duodecimo regni sui. idem Nabu-
 Iudith 1, 5. chodonosor in historia Iudith dicitur.
 6
 Anno decimo octauo (vt in altera editione Iudith
 Ind. 2, 1. legitur) in altera verò legitur decimo tertio, Darij
 12 bellum parat nationibus, à quibus fuerat contemptus;
 hic est annus trigessimus octauus à libertate Babylo-
 nica.
 Anno autem trigesimo septimo Iesus sacerdos pro-
 Philo Amij. fectus est ad Darij. interim autem Ioachim eius fi-
 7 lius sacerdotio fungitur annis octo.
 Ille postea reuersus, annis viginti pontificatum gerit,
 20 vsque

- vsque ad annum septimum Resamen Sulam filij Zorobabelis ducis.
- Nehem. 3.* Ioacim iterum post mortem patris annis viginti
Ioseph. lib. 11. cap. 5. octo functus est sacerdotio. quod si numerentur anni
Philo. 23 viginti, quibus cum patre ministrauit, concordabit Philo cum Nehemia & Iosepho.
- Iosephus libr. 11. ca. 5.* 41 Ioachimum secutus est Eliaf sacerdos, annis quadraginta vno sacerdotium gerens, cuius anno decimo quarto Nehemias ad Persarum regem rediit, completa vrbis instauratione.
- Philo.* Ioiada Pontifex post Ioachimum annis viginti quinque sacerdotio praefuit.
Iosephus. 25
- Ioseph. lib. 11.* Ionathan, alio nomine Iohanan, sacerdos, annis viginti quatuor.
Nehem. 12. 24
- Nehem. 12.* Ieddoa Ionathae filius pontificatum gessit annis septem & viginti, vsque ad Alexandri monarchiam.
Ioseph. lib. 11. cap. 4. 27
- Philo.* 27 Onias pontifex maximus annos viginti septem Philoni, sed Eusebio viginti tres.
- Philo.* 13 Simon Iustus pontificatum gessit annis tredecim.
Philo. Euseb. 20 Eleazarus frater Simonis sacerdos summus, annis viginti Philoni, Eusebio viginti tribus.
- Philo.* 27 Manasses sacerdos maximus annis viginti & septem.
- Philo.* 28 Simon Iustus annis viginti & octo sacerdotio praefuit.
- Philo.* 39 Onias Simonis filius, functus sacerdotio annis triginta nouem.
- Haec tenus sacerdotum successio, Graecorum etiam temporibus obseruata: nam posterior aetas Pontifices a Syriae regibus constitutos habuit, hac serie.
- 2. Machab. 4.* 3 Iason summus sacerdos pontificatum gessit annis tribus.
- 2. Machab. 4.* 7 Menelaus post Iasonem expulsus annis duodecim, cuius septimo anno Iudas Asmonaeus, agnomine Machabaeus dux cepit rempublicam administrare, annos autem sex rem gessit.
- 1. Machab. 2. cap. 3.* 6
- 1. Mach. 9, 3.* 18 Ionathas Iudae frater dux Iudaeorum annis decem & octo.
- Iosephus libr. 13. cap. 13.* 8 Simon frater Ionathae annis octo praefuit dux & pontifex.
- Ioseph. lib. 13. cap. 17.* 31 Ioannes Hircanus filius Simonis republ. sacerdotiumque gessit annis triginta & vno.
- Iosephus libr. 13. cap. 18.* 1 Aristobulus filius Ioannis Hircani, primus post transmigrationem Babylonicam rex appellatus, anno vno rem gessit publicam.
- Ioseph. lib. 13. cap. 21.* 27 Iannes Alexander idem Iamnai frater Aristobuli rex, annis septem & viginti.
- Egef. lib. 2. cap. 13.* 9 Alexandra Alexandri pontificis vidua annis nouem regnavit in Iudaea.
- Ioseph. Heb. lib. 5. cap. 14.* 3 Hircanus Alexandrae filius mensibus tribus regnat. Aristobulus Hircani frater annis tribus pontificatum regnumque gessit.
- Ioseph. lib. 14. c. 8. cap. 16.* 22 Ierosolyma a Pompeio capta, Hircanus restituitur in sacerdotium, quod gessit annis viginti duobus.
- Egef. lib. 1. cap. 45.* 5 Antigonus Aristobuli filius Parthorum auxilio Iudaeam occupat annis quinque: huius anno secundo Herodes rex appellatus est a senatu Romano: cepit urbem anno quinto Antigoni: regnum occupauit annis triginta quatuor.
- Egef. lib. 1. cap. 2.* 34 Christus Iesus natus anno quadragesimo secundo imperij Augusti.
Ioseph. Heb. pag. 349.
- Paulus Oros. lib. 7. cap. 2.* 12 Cum esset Iesus annorum duodecim, in templo reperitur differens.
- Luc. 2.* 18 Anno decimo quinto elapso, decimo sexto incipiente, imperij Tiberij Caesaris, Christus est baptizatus, erat tunc incipiens annorum triginta.
- Luc. 3.* 4 Annis tribus & amplius elapsis, Christus crucifixus est, anno septimo praefecturae Pilati, qui fuit decimus octauus Tiberij.
- Suetonius.* 5 Quinto post anno Tiberius mortuus est.
- Dion. lib. 59. pag. 830.* 4 C. Caesar Caligula regnavit annos tres, menses decem & dies octo.
- Tiberius Claudius Drusus Caesar annis tredecim, mensibus octo, diebus viginti.
Suetonius. 14
- Claudius Domitius Nero, annos tredecim, menses octo regnavit.
Sueton. cap. 40. 14
- Flauij Vespasiani anno secundo Ierosolyma capta est, anno a natiuitate Christi septuagesimo fere.
Euseb. 2
- Atque haec tenus saeculorum ordo & summa ratio deducta est, ab initio mundi, vsque ad Euangelium praedicatum: constat autem numerus vsque ad templi incendium, & Babylonicam transmigrationem, tribus annorum millibus, & trecentis triginta octo annis. hoc modo: Ab initio mundi ad diluuium, mille sexcenti quinquaginta sex. 1656
A diluuiio ad Abraham natum ducem nonaginta duo. 292
Ab Abrahamo ad ortum Isaac centum anni. 100
Peregrinationis seminis Abrahamae anni quadringenti. 400
Ab exitu ex Aegypto vsque ad templum aedificatum anni quadringenti octoginta. Templi duratio fuit annorum quadringentorum ac decem. His numeris summa conficitur trium millium ter centum & triginta octo: his additi septuaginta captiuitatis Babylonicae, faciunt annos ter mille, quadringentos & octo. 3408
- Ceterum in reliquis numeris vsque ad templi secundi, & Ierosolymorum vastationem, non satis nostrae cum aliorum rationibus conuenit supputationi: namque in iis temporibus adnotandis, quae post transmigrationem Babylonicam ad Machabaeorum regnum vsque fluxerunt, non nihil variant auctores. sunt qui per sacerdotum & praefectorum tempora enumerantes, trecentos & septuaginta quatuor faciunt annos. Deinde addunt centum Machabaeorum regni: & centum & septem Herodum vsque ad Hierosolymitanum excidium, qui superiori summae additi, notant annos ter mille nongentos octoginta nouem, a mundi initio vsque ad excidium. 3989
- Auctor ille, qui breuiora Chronica Hebraeis conscripsit, aliam rationem secutus, ter mille, octingentos, quadraginta vnum annos a mundi initio, vsque ad templum, a Tito vastatum, ponit, illis nominibus: A mundi initio vsque ad Babylonicam captiuitatem annos nobiscum numerat, ter mille, trecentos, triginta octo: exilij Babylonicae septuaginta: regni Medorum quinquaginta duos: Graecorum regni centum septuaginta quinque. Machabaeis tribuit annos centum & tres. Herodibus totidem. horum summa est tria milia, octingenti, quadraginta vnum. 3841

VULGARIS HEBRAEORVM NUMERATIO
A MVNDI INITIO.

Hebraeorum vulgus annorum enumerandorum eadem nobiscum & cum Chronicorum auctoribus via, ingressus & progressus, vbi ad secundi templi deuenitur rationes, deflectit, aliamque conficienda summam rationem sequitur: nam illi hunc annum Christi millesimum, quingentesimum, septuagesimum primum notant, quinque millesimum, ter centesimum, trigessimum primum, ad proximum vsque Septembrem, quo incipiet trigessimus secundus. quorum rationes illae sunt:

A mundi initio ad egressum ex Aegypto, bis mille, quadringentos, & quadraginta octo faciunt annos: qua in re manifesta est ex Scripturis ratio.

Ab exitu ex Aegypto, vsque ad templi aedificationem obseruantur anni quadringenti & octoginta, in sacris etiam historiis indicati.

Ad templi vastationem summa annorum est quadringentorum & decem: transmigrationis annos addunt septuaginta. A restitutione Iudaeorum ex Babylone, ad Titum vsque, illi ponunt quadringentos & viginti nullam singularem exponentes rationem. Inde vsque ad quater millesimum, centum & septuaginta duos addunt; quibus accedunt mille, trecenti, triginta vnus, qui a quater millesimo, ad hunc vsque fluxere.

Omnis

Omnis autem varietas, vt diximus, in Medorum & Græcorum annis numerandis & constituendis versatur.

Atque hæc vulgaris Hebræorum ratio, nobiscum ab initio mundi, vsque ad Babylonicam restitutionem, omnino conuenit: & à Tito etiam ad nostrum vsque tempus; ab illis namque subducta ratio à Ierosolymitano excidio per Titum factò, ad hunc vsque annum, mille, quingentos & tres in summa continet. ex historiis Cæsarum verò obseruauimus, Titum anno Christi septuagesimo secundo ferè Hierosolymam vastasse: nunc autem annus nobis currit à Christo nato, millesimus, quingentesimus, septuagesimus primus.

NOMINA CHALDAICA
MENSIVM ANNI.

ANNVS duplex est; Vulgaris & sacer. Vulgaris annus incipit ab Autumno; Sacer ab æquinoctio verno ferè, hoc est, à Luna, quæ Martio mense Latinorum præcurrit.

Constat annus mensibus duodecim: menses autem aut sunt præcisi, aut communes. Præcisi lunationibus

integræ definiuntur; Communes verò singuli tricenis diebus. hi in sacro sermone Menses dierum dicuntur. ^{Mensis die-}

Lunares menses duodecim annum conficiunt, Solaris anno inæqualem; quem septendecim dierum intercalatio æquat.

Mensium antiqua nomina ex numero erant: Primus, Secundus, Tertius, Quartus, Quintus, Sextus, Septimus, Octauus, Nonus, Decimus, Vndecimus, Duodecimus.

Postea ex Chaldæis nomina accepta videntur hæc serie:

NISSAN	ניסן	1	Martij lunationi re-
IAR	אדר	2	Aprilis. (spondet.
SIVAN	סיון	3	Maij.
THAMVZ	תמוז	4	Iunij.
AB, siue, ABIB	אב	5	Iulij.
ELVL	אלול	6	Augusti.
THISRI	תשרי	7	Septēbris, anni vulga-
MARCHESVAN	מרחשון	8	Octobris. (ris initiū.
CHISLEV	כסלו	9	Nouembris.
TEBETH	טבת	10	Decembris.
SEBET	שבט	11	Ianuarij.
ADAR.	אדר	12	Februarij.

FINIS.

IVDICIVM HENRICI DVNGHEI CANONICI
ANTVERPIENSIS, EX COLLEGIO CENSORVM
ANTVERPIAE INSTITVTORVM.

HÆC annorum & sæculorum computatio optimè quidem ordinata est, & ad Bibliorum & historiarum cognitionem valde utilis, & digna ut imprimatur & legatur.

Ita ego D. Henricus Dunghen Canonicus, Reuerendissimi D. nostri Antuerpiensis Episcopi in hac re Commissarius, S. T. Doctor, attestor.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

INDIAN HENRIET DUNGHILL CANONICAL
ANVERSIS, IN COLLEGIO CENSORVM
ANVERSALAE INSTITVTORVM
Hanc canonicam Henricam Dunghill
Bibliam Henricam Dunghill
et legem.
Henricam Dunghill Canonica
Henricam Dunghill
Commissaria S. J. D. Dunghill